Sit omnibus notum Rego eximenius figuerola utriusque iuris doctor ciuitatis valencie habitator
vice cancellarius Ce. Imperatoris Ma.tis regisque nri ut cessionarius quantitatis infra scripte
a magco nicholao benet et alpont ciue ciuitatis valencie receptore anariarum Germanie ut de
mea cessione constat pu.co cessionis instro per discretum Jeronimum alzerur notarium sub die de
cima octaua nouembris anni proxime preteriti millesimi Quingentesimi Vicesimi septimi
recepto Gratis et scienter dicto nomine confiteor et in veritate recognosco vobis honorabilibus iusticie
iuratis pro vijsque hominibus vniuersitatis ville de vilafames magistratus nuntesie licet absentibus
ut presentibus et vris Re. per manus honorabilis bernardi mas vicini aclauari dicte ville debitis et
solutis michi ego quoque a vobis confiteor habuisse et recepisse voluntati mee realiter numerando in
notarii et testium infra scriptorum presencia Octingentos septuaginta quinque solidos monete rega
lium valencie michi dicto nomine debitos de ultima tercia anariarum composicionis dicte ville
de solucione natiuitatis dni millesimi Quingentesimi Vicesimi septimi racione illorum duorum
mille sexcentorum viginti quinque solidorum quos tenebatis soluere de anaries in diebus carnis prim
anni millesimi Quingentesimi Vicesimi sexti et santi Joannis dicti anni millesimi Quinge
tesimi Vicesimi septimi Et quia rei veritas talis est renuncio dicto nomine scienter omni excep
cioni pecunie predicte non numerate et a vobis non habite et non recepte dicteque rei sic non
geste ut predicitur et doli in cuius rei testimonium facio vobis fieri atque tradi per notarium
infra scriptum presentem apocam de soluto Actum est hoc in eadem ciuitate valencie die
decima octaua mensis Januarii anno a nativitate dni millesimo Quingentesimo Vicesimo
octauo Signum mei eximenii figuerola predicti qui hec dicto nomine concedo et firmo

Testes huius rei sunt honorabilis et discretus Joannes ludouicus perez notarius regius
et martinus saluador porterius ciuitatis valencie habitator

Sig[illegible] [illegible] Signaculis [illegible] regia [illegible]
dominacione [illegible] regis aragonum [illegible]
die [illegible]